



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Patroclvs Conf. 19. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

366 VITE SANCTORVM. 18. Nov.

vit, dum literis excultus inter Canonicos Turo-
nenses est cooptatus. Sed cum tunc etiam vanis
poëtarum (& Virgilii præcipue) commentis plus
quam piis commentationibus vacaret, per seini-
num vas vidit cum primis elegans, sed serpentibus
plenum. Monuit scilicet iterum cælum, quod
ipse Mero, anguem ut juventus caveat in herba
latentem, dum fraga legit. Noster deinceps pre-
cibus ad D. Martini noctes invigilavit: quod sepius
euntem cum ex itinere vulpes infestarent, mirum
dictu suppetias contra has lupus tulit, idem deinde
ODONIS, hospes, ædiumque non ridiculus jam
custos. Sub hæc dum Lutetie Parisiorum amplius
literis operam navat, ab ipso Greg. Pont. noctu-
calatum dono accipere visus est, quo magi
Doctoris Moralia, ut ajunt, sparsa omnibus libris
in unum corpus colligeret. Iam monachus labo-
ravit tamdiu, quoad monachum etiam pater, ma-
ter velum indueret inter virgines. Abbas Gignia-
ensis, mox Cluniacensis miranda & fecit & pas-
sus est, dum collapsam monasteriorum discipli-
nam erexit. Ad extremum æger Romæ imperra-
vit, ut redire in patriam licet. Ibi denique vi-
ram posuit ubi accepit, ad D. Martini tumulum.
Ex Surio.

Vis scire, homo, quid Deo debet quod factus es. Dei
creditum est; quod es rationis capax, Dei fœnus est; quod
discretionem mali bonive possides, acceperis; & quod
vivendi normam acceperis, per chirographum legu-
stipulanti Deo spondisti. S. Pet. Chrys. l. 94.

S. PATROCLVS CONF. 19. Novembri.

Genus & origo PATROCLO humilis fuit, sel-
indoles ne generosa, quæcum se prodidit,
cum

Nov.
Turo-
vanis
s plus
se in-
venti-
quod
terba
s pre-
epiis
irum
einde
s jam
plus
noctu
agni
ibis
abo-
ma-
gai-
pas-
spli-
etra-
e vi-
lum.
, Dei
quod
quod
logus
.
bris.
sel
iis,
cum

19. Nov. VITA SANCTORVM. 567
cum rus ad oves est ablegata, fratre Antonio ad ludum literarium amandato. Etenim cum hic oblitus eodem ovo se prognatum, fratrem opinionem aversaretur Musatum pullus, tam ille successuit silvis, ut relicto in his pane ad Apollinis castra etiam ipse transfugerit, nec multò post ostenderit, non ingenio, non studio se fratri, solo fastu cedere. Ita hodie etiam videoas convitiis. (veluti ventis incendia) non extingui, sed ali artes, Cæterum ab Apolline transit ad sacra, ab his ad solitarium locum: & operam in studiendâ juventute posuit, fuitque omne Minerval **una Dei gloria**. Inde quoque, ubi solum esse non permisérunt prodigia, in silvas aufugit, cum loci ac sancti heredes sacras virgines instituisset. Sed & silva miraculis coruscant viri, & dæmon pulsus ex hominibus passim per urbes famam PATROCLIS ferebat. Pulsurus tamen vicissim statione suâ hominem veterator, cogitationem de reditu ad urbes ingessit. Hic Tutelaris Angelus descendere secum columnam jussit, indeque totam mundi tragediam, hoc est, furta, rapinas adulteria, ac denique horum omnium epilogum interitum inspectare. Dedit lacrymas arbiter ludi PATROCVS, nec placuit iam spectare, minus agere fabulam tam funestam; quin totus mundo utexiret, ad celum abiit. A morte pluribus cæcis oculos aperuit: utinam nobis eriam, quoniam mundum illis, quibus ille, oculis aspiceremus! Ex Surio.

O pravaricatores revertimini ad cor, intelligite non intelligentes. quia omnes mundi promissiones seductoressunt, omnes blanditiae venena, cunctæ delitaciones pocula mortalia, viaque illius sempiterna mors. S. Laur. Iustin. Lign. vit. de Fide c. 1.

S. E. L. I.